MONUMENTA GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

fecit tractatus et imnos sicut ambrosius et li-
brum contra euthicen et nestorium.
Anastasius. II. natione romanus ex patre
petro. sedit annum unum. menses XI. dies
XXIIII. Fuit tempore theoderici regis. et sepul-
tus est in basilica beati apostoli petri.
Simmachus natione sardus ex patre fortuna-
to. sedit annos XV. menses VII. dies XXVIIII.
Fuit tempore anastasii augusti. et sepultus est
in basilica sancti petri apostoli. Hic constituit
ut omni die dominico. vel nataliciis mar-
tirum gloria in excelsis deo ymnus diceretur. Anastasius
Hormisda natione campanus ex patre iusto
sedit annos VIIII. dies XVI. Fuit tempore ana-
stasii et iustini et sepultus est in basilica bea-
ti Petri apostoli. Huius nuncios constanti-
nopolim profide missos anastasius reiecit.
et statim fulmine periit. Secundo hi missi
gratanter sunt a iustino suscepti.
Johannes I. natione romanus ex patre constan-
tio. sedit annos II. menses VIIII. dies XVI. Fuit
tempore iustini et theoderici regis arriani. et Justinus
quo etiam cum senatoribus quibusdam in
carcere necatus est eo quod de constantinopoli
uenientes ad iustiniapolim. utpote catholici.
sint ab eo benigne suscepti. Cuius corpus de ra-
uenna translatum. in basilica beati Petri
apostoli sepultum est.
Felix IIII. natione sabinus ex patre castorio.
sedit annos IIII. menses II. dies XVI. Fuit
tempore iustini augusti et sepultus est in basili-
ca beati Petri apostoli
Bonifacius II. natione romanus ex patre

cf. V. S. Magni, Vita SS. Sept. II, p. 752.

cf. V. SS. IV, p. 427. Locum editum.

commendatus est ut
locus matricis eccle-
siae ad dei excubias
providendas, et iuxta
antiquum statum
non minori libertate
preditus esse vide-
tur quam etiam
Kathedralis ecclesia.
Sic namque legitur
dixisse S. antecessor Wichterpus
beato Magno de qua-
dam hereditate episco-
patui collocatâ: Sci-
as, quia post discessum
meum hanc heredita-
tem cupio permanere
ad Sanctam Mariam
et ad Sanctam Afram.
Sepultus est ad Sanctam Afram
et miraculis co-
ruscat. Sed quanti
apud Deum
sit meriti, plenius
in vita et visione
beatae Herluckae
agnosci potest.
Obiit temporibus
Pipini regis Franco-
rum 4. IIII. Kalendas
Maii.

Johannes.
110.us Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in
episcopum ordinatus et postmodum
papa effectus, ipsum defunctum in
tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste
laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.